

me reperit, non parvo exilii sui cum
solatio, studiosè evolvit. Est enim
Mathematica quoque doctissimus.
Is cum nuper ex me cognovisset,
quæ de notis in Lunarem Astrono-
miam, deque Plutarchi edendo ejus
argumenti libello mediteris, sum-
mopere letatus, jussit, ut per officiosâ
tibi dictâ salute, rogarem, ne id ope-
ræ bono publico præstare omitteres,
aut ultra differres. Habeo Plutarchi
editionem Græcam in 8.H. Stephani,
tomis Sex constantem: Si voles, mit-
tam istum tomum, in quo liber de
facie Lunæ. Non ita pridem cum V.
C. Nicolao Rigaltio, conciliante D.
Gothofredo juniore, familiaritatem
contraxi. Habet meum Pachyme-
rium Græcum, ut in codice Regio
(est enim Bibliothecarius Christia-
nissimi) lacunas expleat. Quid si
idem præstare posset in isto Plutar-
chi